

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

CVI. In omnibus sermonibus suis dicendi perspicuitate maximè, ut intelligatur
ab omnibus, allaboret.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

vim non assequitur. Apostolus Paulus mavult quinque i. e. pauca verba mente suâ in Ecclesiâ loqui, ut alios instruat, quàm decem milia verborum in lingua peregrinâ, 1. Cor. XIV. 19. ratus pauca verba clara, omnibus perspicua & intelligibilia, magis Ecclesiæ esse profutura, quàm copiosam orationem decies mille verbis exoticis constantem. Germanis Germanice, sine affectata variarum lingvarum conglomeratione, aut inani ostentatione loquendum est minimeque decet, ut, quæ religiose & reverenter tractari debent, sordibus & barbarie dictionis contaminentur. *Multum affici, si instar torrentis æqualiter omnia suant, & sine impedimento in auditoris mentem sese insinuent,* inquit B. D. Carpzovius Hodeget. Membr. II. Aphor. V. §. 4.

CVI.

In omnibus sermonibus suis dicendi perspicuitate maximè, ut intelligatur ab omnibus, allaboret.

Εἰρηνισ.

Alterū, in quo consistit Sermonibus Elegantiā, est *perspicuitas*. Non satis est Orationem esse puram, sed oportet etiam esse dilucidam

dam & perspicuam, ut ab omnibus facillè intelligatur. Est autem perspicua Elocutio, in quâ mens ac sensus loquentis (vel etiam scribentis) liquidò apparet & cognoscitur. *Perspicuitas* juxta *Schotigerum* est orationis facilitas ad rem intelligendam. *Virtus Elocutionis* est, ut perspicua sit, inquit *Aristoteles* lib. III. *Rhetor.* cap. 2. *cujus rei signum est, quod oratio, si non declarat, suum ipsius munus non obibit.* Est quoque *Quintiliano* Institut. Orator. Lib. VIII. cap. 2. *Prima sermonis virtus, perspicuitas; Nobis, inquit ille, prima est virtus, perspicuitas, propria verba, rectus ordo, non in longum dilata conclusio, nihil neque de sit, neque superfluat, ita sermo & doctis probabilis & planus imperitis erit.* Rectè *Augustinus* Lib. IV. de Doctr. Christ. cap. 8. *Non ergo Expositores (Scripturarum) ita loqui debent, tanquam se ipsos exponendos simili auctoritate proponant, sed in omnibus sermonibus suis, primitus & maxime, ut intelligantur elaborent, eâ quantum possunt perspicuitate dicendi, ut aut multum tardus sit, qui non intelligat, aut in rerum, quas explicare atque ostendere volumus, difficultate ac subtilitate, non in nostrâ loquutionis sit causa, quo minus, tardiusve, quod dicimus possit intelligi.* Et cap. X. *Quid prodest, inquit, loquutionis integritas, quam non*

Rr 4

sequi.